



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 118. Sessio XX. Basileensis Synodi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A.C. 1435.

§. CXVIII.

Sessio vigesima Basileensis Synodi.

*Labbe Conc.
to. 12. p. 549.*

Cunctis istis interea in Oriente agitata Patres serio reformandæ Ecclesiæ capite & membris Basileæ incumbunt atque ideo die Sabbati vigesima tertiæ Januarii hoc anno Sessionem vigesimam tertiam celebrantes, potissima sua studi ad eliminandos, qui hucusque in Ecclesiam irreperant, nonnullos abusus impendunt, atque ea de re quatuor decreta condunt.

§. CXIX.

Decretum primum contra concubinos.

Patres primo suo decreto adversus publicos concubinos statuunt, I. Quicumque per duos menses post publicationem hujus Constitutionis in Ecclesiis cathedralibus factam, fuerit publicus concubinus a perceptione fructuum suorum beneficiorum trium mensium spatio sit suspensus, qui si Superior (non sibi suoque privato usui applicandos) in fabricam vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem convertat. II. Si a suo Superiore Concubinam dimittere monitus, eam non dimiserit, jubet hæc sancta Synodus, ut ipsum suis omnibus beneficiis